

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

In libr. VII. notæ

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

VERS. 6. VERTERE TUNC VARIOS PER
 LONGA INSOMNIA QUESTUS, NEC
 PEREAT QUO SCIRE MODO) Ordo &
 sensus verborum hic est: Medea varios ver-
 sebat questus, nec sciebat quo modo, vel vulnere peri-
 ret. Est enim amor flamma paulatim depascens artus.
 Ideoq; veteres eundem IGNI adsimulabant, faciesq;
 Cupidini dedicabant, quod amore capti urebantur
 intimis medullis. Et apud Virgil: Regina carpitur
 igni & in Æn Didoni

----- *Est mollis flamma medullas*

Item:

Vritur infelix Dido -----

Cyrus apud Xenophontem ignem ait urere homines,
 qui cum tangant; amorem verò non presentes tantum
 verum etiam longe absentes inflammare. Meritoq;
 Porcius Licinius dixit hominem ob amorem non esse
 ignitum, sed ipsum ignem cum ait: *Queritis ignem: iste
 hic: queritis? ignis homo est.* Hesiodus quoq; cum A-
 quam, Terram, aerem descripsisset, quarto loco Amo-
 rem genitum esse subiecit, per quem interpretes
 ignem intelligunt. Hinc illud incerti auctoris eius epigram-
 matibus. I. Epigramm.

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύζειν διζήμεθα ἔτος ὁ νύκτωρ

Τὸν καλὸν ἡμεῖραν λυχνὸν ἀναφλογίσαι.

Δὲρ' ἀπ' εὐῆς ψυχῆς ἄλγον σέλας, ἐνδοτι γάρ μιν

Καιόμην παρὰν ἐξωνίσι φλόγα,

Cujus versionem vide in Laurifoliis nostris- Vulgatum Iſidori aliàs dictum est, de amore loquentis; *ca de causâ cum facibus & aliis depingi solitum amorem, quod nonnunquam Cupiditate vehementius exurat, nonnunquam vero praesatietate advolet.* Nam & Propertius alas in hujusmodi usum ipsi traditas arbitratur, ut ejus ostendat instabilitatem dicens:

*Idem non frustra ventosas addidit alas
Fecit & humano corde volare Deum.*

Scilicet alternâ quoniam jactamur in undâ

Nostraq; non ullis permanet aura locis.

Sed cum amorem firmissimam in se uno possuisse seipsum indicare vult, ita subjungit:

Sed certè pennas perdidit ille suas.

Evolat is nostro quoniam de pectore nusquam

Affiduusq; meo sanguine bella gerit.

V. 21. ECCE VIDET TENUI CANDESCERE LIMEN EOO) Elegans descriptio diluculi est.

V. 26. AT SUA LONGARUM MINYAS IAM CURA VIARUM) hujus & sequentium vers. ordo hic est: postquam Minyas suscepti itineris cura moveret, in ipso tempore læticiæ, & meriti in bello parti, Regem Æetem adeunt, sed frustra.

V. 28. QUEM PASSUS JASON VOTA PRIUS CAPTASQUE DEIS ACCENDERE PRÆDAS) Significat Poeta, Regem Colchorum Æetem post parvæ victoriæ vota sua Deis solvisse illisq; sacrificasse. Vereres enim duplici de causa sacrificabant vel quia ita votum, vel quia ab oraculo mandatum esset. Illa sacrificia *δύκτια* & *χαεϊθήρα* appellabantur, hæc *δὲ τῆς μαντείας*. Sophocles Trachin:

Δη. Δύκτια φέρον ἢ πο μαντείας τινός;

Αἰ. Δύκται' ὅδ' ἤγει τῶν δ' ἀνάστατον δοξῆ.

Χαεϊθήρα γυμνασίον ἦν ὅραϊ ἐν ὄμμασι.

Ovid. Metamorph. lib. IX. τὴ δὲ ἄρτιον ἢ κριεῖται
 sacra votis appellatur.

Victor ab Oechaliâ Caneo sacra parabat

Vota Jovi.

v. 44. MEQUE ANTE ALIOS UT SPREVERIT
 UNA UNA RATIS) Geminatio vocis UNA, empha-
 sin addit verbis *Extæ.*

v. 50. VOBIS NE DOMOS VOBISQUE PA-
 RENTES ESSE PUTEM) Per contemptum *Aetes*
Miayas incertis parentibus & obscuro loco natos ar-
 guit, qui veteribus abjectissimi erant, ideoq; TERRÆ
 FILIOS nuncupabant, Græci γῆνους. De his *Lactan-*
tius lib. I. cap. II. Quod soleamus eos, quorum civitatem
 miremur aut qui repentino ad venerint de caelo cecidisse hi-
 terere: terrâ autem quod Ignoris parentibus natos Terra fi-
 lios nominemus. Hinc noster v. 35. vocat orbe *Jovis*
alio.

v. 62. MARTIUS ANTE URBEM LONGIS JA-
 CET HORRIDUS ANNIS) Sequitur in hoc *Valerius*
Apollonium lib. III. v. 409. unde hæc intelliges. Ver-
 ba ejus sunt ista:

Δοῖω μαι πιδίον τὸ δῶνιον ἀμφινέμοντα
 Τούρω χαλιόποδα ἕματα πφλόγα φυσίοντα
 Τὸς δ' ἐλάω ζούεας εὐφελίω κῆνισι ἀρηθῆ
 Τετράγων. τὸ δ' ἀΐψα παμῶν ἐπὶ τέλσον δρόσῳ
 Οὐκ ἄργον ὀλοοῖσι δῆες ἐπιβάδομαι ἀκτῶ
 Ἀλλ' ὄφιθ' ἀνοοῖε μεταλδήκοντας ὀδόντας
 Ἀνδρῶσι τὸ δουχιστὶ δέμας. *Εἶς.*

Et hoc taurorum certamen apud Apollon. rex Col-
 chorum *Jasoni* solum objicit, belliq; inter fratrem
Persen & *Aeten* non meminit, quod *Noster* in prece-
 dentibus habet. Ad lib. V. v. 251. & quæ super hanc
Valerii versum inibi notavimus.

v. 76. AC TIBI CADMÆI DUM SEMINIS EXEAT
 HYDRI MILES) Dentes ab *Jasone* spargendos, &

aratro subigendos, cadmeum vocat semen. Tali enim modo Cadmus ab Ovidio introducitur: lib. III. Met. fab. 2. Cum horrendus Draco Cadmi locos devorasset, & ab eodem magno cum labore interfectus esset, Minerva Cadmo consilium dedit, ut dentes Draconis in terram spargeret, ex quibus ingens armorum hominum multitudo progenita est, quae inter se domestico confligens bello universa extincta est, quinque tantum viris exceptis, qui e praelio superstites Cadmo socii condendae Bœotiae fuerunt. Ovidius fab. 3.

*Ecce viri faucrix superas delapsa per auras
Pallas adest, motaq; juber supponere dextra
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret & infesto sulcum patefecit aratro
Spargit humi jussos mortalia semina dentes
Inde (fide majus) gleba cœpère moveri
Primaq; de sulcis acies apparuit hasta
Tegmina mox capitum picto narrantia cono
Mox humeri pectusq; onerataq; brachia telis
Existunt, crescitq; seges clypeata virorum.*

v. 78. FILIA PRIMA TRUCIS VOCEM MIRATA TYRANNI) Quod Noster de Medea, Apollonius conjunctim de Chalciopè & Medea habet. v. 449, lib. III.

καλκίωπι δὲ χάλου πεφυλαγμένη αἰήτω
Καὶ παλῆως γαίλαμόνδ' αὐτῶν ὅσον οἷσι βεβήκει
Αὐτῶς δ' αὖ Μήδεια μετέσχε' πικρὰ δὲ θυμῶ
Ὀρμῶν δ' αὖτ' ἔρωτες ἐποτρύνουσι μέλειδ'.

v. 81. SEQUE MISER NE FOSSE PUTET)
Sensus hic est. Timeat Medea Jalonem, ne laborem reculet, veritus ac si non possit resistere, scilicet se succurrente.

v. 82. ET MÆSTÀ STABAT DEFIXUS IN INÀ) defixum idem quod stupens, defixus autem cor & cerebrum stupore defixum habentem significat. Arnobius lib. VII. partes inter utriusq; debere hæsitare, desigere nec reperire quid faciant.

v. 83. NON ITA TYRRENUM STUPET JONI-
ASQUE MAGISTER) Magistrum navis intelligit,
qui Tyrrenum vel Jonium mare navigat. Sic Vir-
gilius lib. I. Æn.

*Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit, cœcutitur, pronusq; Magister
Pobovitur in caput.*

Per Pharus autem intelligit speculam vel locum edi-
torem in mari vel juxta mare; ad cuius lumen nautæ
cursum dirigunt, præcipue nocte obscurâ & tenebri-
cosâ.

v. 89. NON AIT HOS REDITUS) Valerius
Jasconi tribuit orationem heroicam & ipso dignam;
Apollonius contra sedatam, & quasi meticulosam.
v. 384.

ἄλλ' ἀπίρκεν
Λισσίδης* πρὸς ἦ αὐτὸς ἀμείψεται μελιχολέσσῃ
Διῆν, χέροισι τὰ δὲ σάλα. *Uc.*

Et v. 422.

Ὡς ἄρ' ἔφη· ὁ δὲ σίγει πρὸ δὴν κέρων ὄμματι πηξῆας
Ἦδ' αὐτῶς, ἀφρογῆθ' ἀνηχανίων κακότητι
Βελλῶ δ' ἀμφὶ πολὺν τράϊφα χροῖον ἔδραπ' οἴχε.
Ἐκροαλίῳσ' ὑποδέχεται* ἔπει μὲν αὖ Φαίετο ἔργον.

v. 95. NEG CEDERE DURIS) adversam for-
tunam Autores significare cum volunt, unico verbo
Duri faciunt Hinc tritum illud:

--- --- Durum Patientia vincit.

At Horat. lib. I. Carm. Od. 24.

Durum. Sed levius fit Patientiâ

Quicquid corrigere est nefas.

Hinc Virgil. *Æn. i.*

Durate & vosmet rebus servate secundis.

V. 102. ET INFIDÂ PRÆCEPS PRORUMPIT
 AB AULÂ) Appositissimum Epitheton Aulæ, quæ
 Infida vocatur. Non tantum Aulæ Aetææ conveni-
 ens, sed & hodiernum quamplurimis. Doct. ff. Brodæus
 vivis illâ coloribus depingens, ita Saniorû oculis subji-
 eit Commætario, in lib. III. Epigr. Græc. Non animad-
 vertunt multi, quantum dulcedinis suppeditet vivere
 λιπὸς μὲν ἀλλ' ἐν ἐλαδ' ὄρεϊν, nec cuiquam gnathonicè aut
 parasiticè γαστρός ἐκρητ manum deosculari aut alia fœdè
 palpatium indigna subire ministeria. Qualia mul-
 ta illis ferenda & facienda sunt, qui hodiè Aulas se-
 ctantur, in quibus nihil est sinceritatis, nihil amoris, nihil
 fidei, sed omnia plena simulationis & perfidia, omnia
 plena delationis, proditionis, criminationis, invidia, amu-
 lationis, odii & turpissimarum assentationum, tum etiam
 ampullarum & sesquipedalium verborum, Expertus lo-
 quor, quippe in his Aulicis fluctibus sum non medio-
 critè jactatus, & ferè semper ab iis, quibus maximè
 fidebam, omnium maximè deceptus, falsus, impedi-
 tus, proditus & perditus. Itaq; ego sic statui: *Vbi vis
 tutius, beatius, sanctius, & suavius aliquem vivere posse,
 quam in aulâ, ubi nullus est respectus honestatis, nulla
 ratio Eruditionis, nulla autoritas Integritatis, nulla
 gratia probitatis, nullum præmium Virtutis, nullus ho-
 nor Literarum: ubi pluris fit Amusus Eques, quam
 Vir Literatus & Vita integer. Ubi in precio sunt Cen-
 tauri contemptis banis: ubi primas tenent Turini illi
 fumorum venditores & palpones & adultores & prodi-
 tores & delatores & parasiti & reliquæ pestes, per quas
 Aula cotidie non dicendis modis arroditur: ubi clan-
 sularis*

culariis detractoribus & sarronibus plus habetur fidei, plus datur precii, quam viro gravi & omnibus virtutibus exornato. Sed quid hanc vitiorum Lernam, Aulam inquam, sum ingressus? quæ Centum Augusti stabulis est foediôr, & contaminatior, ita omnium vitiorum stercoreibus & merdis est oppleta, ut ne à trecentis quidem Herculis purgari, & emendari queat, nedum à me paucis verbis describi & pro dignitate depingi. Concludam igitur hunc locum suavissimis his Senecæ versiculis quos in Thyeste suo chorus recitat:

Rex est qui metuit nihil
 Hoc regnum sibi quisq; dat.
 Stet quicunq; volet potens
 Aula culmine lubrico
 Me dulcis saturet quies,
 Obscuro positus loco
 Leni perfruar otio.
 Nullis nota Quiritibus
 Etas per tacitum suat.
 Sic cum transierint mei
 Nullo cum strepitu dies
 Phœbeius moriar senex.
 Illi mors gravis incubat,
 Qui notus nimis omnibus
 Ignotus moritur sibi.

V. 104. NEC FIXA SOLO SERVARE PARUM PER
 LUMINA) Talis est vultus magna versantium, vel tristitia succumbentium. Et convenit huc tritum illud.

Heu quam difficile est luctū non prodere vultu.

V. III. QUALIS UBI EXTREMAS JO VAGA
SENTIT ARENAS) Fabulam Jūs Joachi filii attingit,
de qua Ovidius habet lib. I. Met.

amarâ pascitur herbâ
Proq̄ toro terra, non semper grâmen habenti
Incubat infelix, limosâq̄, flumina potat.

Et paulo post:

Venit & ad patrias, ubi ludere sæpè solebat,
Inachidas ripas, novaq̄, ut conspexi in undâ
Cornua, peruenit, seq̄, externatâ refugit.

V. 129. UT ALIGERI CIRCEN RAPHERE
DRAGONES) Quæ ad veritatem de Circes personâ
pertinent, superius edocui.

V. 142. CUM SÆVIOR IPSE TURBAT AGIT-
QUE SOPOR) Accidit Medea, quod in vulgari habe-
tur vericulo:

Tempore nocturno volvuntur vota diurna.
Ita hanc insomnia de Jafone turbant, Luct. lib. IV.
Causidici causas agere & componere lites
Induperatores pugnare, & pralia obire
Nauta contractum cum ventis degere bellum.

Et postea:

Reges expugnant, capiuntur, pralia miscent.

Claudianus:

Causidici lites, auriga somnia currus

Et secundum piscatorem Theocriti.

Ἦσθε κινῶν ἄποτος κινετεύσας, ἐχθρὰ κἀζών.
Et amans quod suspicatur vigilans, somniat: inquit
Publ. Mimus in suis Mimis. Aristoteles in Probl. τῶν
μέγιστα ὀρῶντων (somnia) ἢ ἀπὸ πλοῦτος ἢ ἀπὸ
ἀπόρου. Et Nonnus Dionysiæ. μ. β.

ἀντίποι π
ἔργον ὄψῃ πλεῖν πῆς ἐν ἡματι, γυκτὶ δοκῶν.

βίκοι Ⓞ ὑπὸν κερὰς βίος εἰς νόμον ἔλκεθ
 δίκτυα ἡροτῆρα φαινεταμ' ἕλις ὀνείρε
 Γεοπόνου δ' εὐδόντες ἀροτρεύουσιν ἀρέρας
 εἰς ρίον, εἰς ἀμάρεν ἀπατήλι Ⓞ ὑπὸν Ⓞ ἔλπευε.

Petronii Arbitri versus, ut nuper Guiliel. Canterus d
 Ichedis antiquis protulit, hi sunt :

*Somnia que mentes ledunt volitantib. umbris
 Non delubra Deum, nec ab ethere Numina
 mittunt*

Sed sibi quisq. facit -----

Causam insomniorum ex Peripateticorum sententiâ
 refert Ælian. Var. hist. lib. III. cap. II. his verbis :

οἱ περὶ τῆς τοῦ Φασίμεθ' ἡμέραν ἡπύουσαν τῶν ψυχῶν τῶ
 σώματι ἀεὶ πλέκεθ. καὶ μὴ διὰ τοῦ κατὰ τὴν αἰσθητικὴν
 ἡμερῆν. ὑπὸ τῶν δὲ ἀσθενείων τῆς περὶ τῆς λειτουργίας
 καὶ σφαιρωδῆσαν οἱ τὰ περὶ τ' ἀσθενείων τόπων μωπικτι-
 οῦ γινέθ. ἐξ ὧν τὰ ἐπιπνεύα.

v. 148. ET SÆVÆ FERIT AGMINA MATRIS

ORESTES) Orestis facinus tangit; qui Matrem occi-
 dit, unde infantiâ corruptus & futuri agitatus, undem
 ipse sibi digitum à manu abrofit. Id enim facti pœni-
 tentiam arguit, ut est apud Propert:

Vngue meam morsu sepe querere fidem.

Carrio quod hic ex Maserio & Cicerone adfert nihil
 facit ad rem, vel ad loci explicationem. Quod autem
 Maserium arguit, nescio cujus figmenti vel mendacis,
 ut qui inter Megapolim & Messeniam statuat regio-
 nem Maniâ, ubi Orestes facti sui vel patricidij pœnas
 dederit, audaciam suam, & ignorantiam prodit. Non
 enim ex se Maserius hoc scribit sed autoritate Pausa-
 nix. Scribit enim: *Parvum olim tumultum inter Messe-
 niam & Megapolim fuisse in regione Maniâ, cui digitus la-
 pideus impositus erat, cui tumulto à digito nomen fuerit
 nulla aliâ de causa nisi ut eo monumenta factum orestis no-*

hæretur. Cæterum de facinoribus & furis Oreſis vide Tragediographos Græcos.

v. 155. NON JAM MENTITÆ VULTUM VOCEMQUE RESUMIT CHALCIOPE) respicit v. 477. &c. lib. præcedentis. Vide ſiſt. Chriſtoph. Bulzum in Notis ad Caſſii Parmeniſis Orpheum.

v. 174. DATA CONTINUO SED CINGULA SOLI NOSTRA TIBI) De Cingulis veneris Noſter explicatius lib. VI. v. 470.

----dedit acre decus, ſæcundaq; monſtris
Cingula, non pietas quibus, aut custodia famæ
Non pudor, at contra levis & feſtina cupido
Adſatusq; mali, dulcisq; labantibus error,
Et metus & demens alieni cura pericli.

v. 179. TU FACE LETIFERÆ CITUS AD DEÛ
LUBRA DIANÆ) Face antiquus imperativus eſt pro
Fac, Poëſis non infrequens: Lucret. lib. I. ad Vener.

Quo magis æternum da dictis diva leporem,
Et face ut interea fera mœnera militiæ
Per maria ac terras omnes ſopita quieſcant.

Nam quod ibi nonnulla exemplaria legunt pro Et face Effice, falluntur, nec ullam contextus habent rationem.

v. 182. NEC TE NUNC HECATEPS SUBEAT
METUS) Medea in tutelâ Dianæ erat, cui ſacrificabat, ab eaq; artem veneficam ut plurimum didicerat. Unde Poëta Hecaten Magiſtram Medæ vocat. Confer lib. VI. v. 495

Hanc reſidens altis Hecate Perſeia lucia
Flebat, & has imo referebat pectore voces:
Deſeris heu noſtrū nemus, æqualesq; cæterum
Heu miſera &c.

v. 186. VOLUCREM TUNG ADſPICIT IRIN)
Iris

Iris nuntia Junonis à Poetis fingitur. Hinc Ovidius lib. I. Met. fab. 9.

*Nuncia Iunonis varios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus adfert.*
Virgil. lib. Quinto, Æn. fine.

*Tum Iuno omnipotens longum miserata dolori
Difficilesq; obitus; Irin demisit Olympo
Que luctantem animam, nexosq; resolveret
artus.*

v. 193. SI TIBI THESSALICIS, NUNC SI TIBI
FORTÈ VRENENIS) Thessalia arte Magica & vene-
natisq; herbis præ ceteris excellit. Testis Horatius
multoties. Cumprimis libr. Epodon. Carm. V.

*Que sidera excantata voce Thessalâ
Lunamq; cælo diripit.*

Confer Apulejum in Alino: Senecam in Hippolyto:
aliosq;.

v. 202. ATQ; ITERUM DURÆ COGAR COMES
ESSE SORORI) Intelliges hunc versum ex libro
præcedenti, ubi Medea falsa sorori commixta iustra-
tum ut pugnam. Minyarum cum Perle: Ecce v. 490.

*Dicitur infelix ad moenia summa futuri
Nescia virgo mali & false cõmissa sorori. &c.*

v. 212. ET MAGICÂ CIRCEN TITANIDA
VIRGA) Titanida vocat Circen, quis nonnullorum
opinione filia Solis fuisse creditur. Confer superiora.
Ovidius lib. XIV. Met. fab. I.

*Inde manu magnâ Tyrrhena per æquora vectus
Herbiferos adit colles, atq; atria Glaucus
Sole sate Circes variarum plena ferarum.*

Et infra circe de seipsa:

Ne dubites adsitq; tua fiducia formæ

*En ego cum Dea sim, nixidi cum filia Solis,
Carmine cum tantum, tantum quoq; gramine
possim.*

v. 217. QUÆ TE BIUGIS SERPENTIBUS E-
SIT HINC FUGA? Circes currui serpentes assignat,
quod & ab Ovidio fit qui veneficæ Medæ currum ita
describit: VII. Met. fab. 5.

*Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras
Non exempta foret pœna, fugit alta, superq;
Pelion umbrosum, Philyraeq; recta, superq;
Ophryn', & eventus veteris loca nota cerambî.*

v. 225. QUIPPE ETIAM REPENTUR
MUNERA DIVAM) respicit circes originem, quæ à
Sole ortum trahebat: unde versu seq. dicitur:

----- *nec nos Dîs nata malignis
Cluserit hoc uno semper sub frigore messis.*

v. 228. PATRIAM INDE VOCATO QUÆ RE-
BIT ITQUE DIES) Communem Sapientum opi-
nionem tuetur, quibus totus hic orbis patria est
Unde Diogenes se κοσμοπαλίην vocavit. Ad Diog.
Laertium in Diogene. Et secundum veterem Comi-
cum: Patria est, ubicunq; bene unusquisq; est.

v. 229. NEC NOS DIS NATA MALIGNIS)
Præfero quod est in Aldinâ editione:

----- *nec nos ò nata malignis
Cluserit hoc uno semper sub frigore Phasis.*

Fluminibus enim, non messibus, clauduntur regiones.
Unde finium arbitri rectè audiunt fluvii. Quomodo
Jordanem appellat Tertullianus in de Pallio sub init.
Virgil. Æneid. IIX.

----- *hinc Tbusco claudimur amne* CIL
Hinc Rutulus premit -----

Hh

Taci

Tacitus Anal. IX. *Mari Oceano aut omnibus longinquis septem imperium.*

v. 232. ET NUNC AUSONII CONIUX EGO REGIA PICI) Circe conjugem Pici, regis Tyrreniæ, se vocat. Erat enim ille ex proge Saturni oriundus, Latii rex. Hinc Ovid. XIV. Met. fab. 4.

Picus in Ausoniis proles Saturnia terris

Rex fuit utilium bello studiosus equorum.

Amorem autem Circes in Picum idem sic narrat. d. 1.

Venerat in sylvas (Picus) & filia Solis easdem

Utq; novas legeret fecundis collibus herbas,

Nomine dicta suo Circea reliquerat arva.

Que simulac juvenem virgulis abdita vidit,

Obstupuit: cecidere manus, quas legerat herbas

Flammaq; per totas est visa errare medullas.

Quid vero Pico & Circeæ, hujus conjugium petenti accidit disces ex eadem fabulâ.

v. 235. CUI VADIS IBERO?) Medea à patre desponsata erat Styro Albano, de quo Noster lib. V. v. 459.

Tum gener Albanis Styrius qui advenerat oris,

Distulerant sed bella thoros.

Quæ Albanorum gens contermina erat Iberiæ. Unde & in precedenti libro pro ipsis Iberis ponuntur. Plinius lib. VI. c. 13. *Albani ut ferunt ab Jafone orti: ante quos mare quod est, Albanum nominatur. Hac gens superfusa montibus Caucasus ad Cyrum amnem, Armeniæ confinium atq; Iberia descendit. Confer Pomp. Melam lib. III. c. 5. Caterum de conjugio Medæ idem Noster lib. VI. v. 274.*

Ad sacros pactaq; sumus en conjugia inquit

*Styre fugis, vulnus referens, quod carmine nullo
Sustineat, nullisq; levet Medea venenis.*

v. 243. PERPETIOR DURÆ JAM DUDUM INCENDIA MENTIS) Amor igni adsimilabatur, quod Superius docui: Ideoq; apud Poetas ipsum Ignis nomen pro amore ponitur. Hinc Palladæ illud in Amorem lib. Epigr. 1.

Ὁ ζῶς ἀπὶ πυρὸς πῦρ ὠπιοσὲν ἄλλο, γυναικῆς,
εἶθε δὲ μίτε γυνή, μίτε τὸ πῦρ ἐφάνη.
Πῦρ μὲν δὲ ταχέως καὶ σβέννυται· ἡ δὲ γυνή πῦρ
ἀσβεστον, φλογερὸν, πάντοτ' ἀνισπύροισι.

Et illud Zenodoti ibidem:

Τὶς γλύφας τὸν ἔρωτα παρὰ κρήνησιν ἔθηκεν
Οἰόμενος πᾶσιν ἔσσο τὸ πῦρ ὕδατι.

Vide etiam illud incerti lib. IV. Floril.

Ὁ πῶνός τὸν πῶνόν ἰδὼν ἄγνωστον κέραιον
Δεικνύς αἷς κρείσσον πῦρ πυρὸς ἐστὶν ἔρωτος.

Versionem habes in Laurifoliis nostris, unde si lubet petes.

v. 244. NULLA QUITES ANIMO, NULLUS SOPOR: ARDUA AMANTI) κρησφόρα quæ Carrio ad meliorem hujus versus intellectum quarit plane sunt extra necessitatem. Res manifesta est: Dicit enim quietem & soporem ardua esse amanti, hoc est acquiescentiam & fruitionem minus faciliam,

v. 255. PERMIXTUMQUE ODIUS INSPIRAT AMOREM) Talis est amor, unde γλυκὺ πτερόν recte vocas, Latine Dulcamarum. Hinc Medea præced. v. 215.

----- *flebile gaudens* -----

Profiliuit -----

Recte Epigrammatographus:

Principium letum: sed finis amoris amarus.

Letum venire solet: tristis abire Venum.

v.260. FORTE RATEM PRIMO FUGIEN-
TEM LITORE CERNO) Poetici hujus ornatus Apol-
lonius nihil habet. Ideoq; Medeam noctu in somnis
admonitam, quasi Ab Jafone sola pateretur, experge-
factam introducit; classemq; Minyarum in portu
stantem, non multo post cum Hecatae sacrificasset, pe-
tentem; & Jasoni per artem Magicam viam ad do-
mandum draconem aperientem. Adi ipsum lib.
III.

v.276. SI PELOPIS DUROS PRIOR HIPPO-
DAMIA LAEORES) Pelops Tantali filius; Hippoda-
mia Oenomai fuit. Fabulam quam tangit hanc habet
Oenomaus Rex Elis & Perfarum; cum ex oraculo
se à genere interfectum iri didicisset, & filia tamen
Hippod. à multis precis ob formam expeteretur, cu-
rule certamen precis instituit, ea lege ut qui vinceret,
filiam haberet, victus subirot mortem. Tredecim
ergò occisis, Pelops visâ puellâ ejus amore exarsit,
atq; ut ea potiretur, Myrtilum aurigam ejus, pollici-
tis corruptit, sic ut ille *Axes infirmos* subjungeret, vel ut
alii volunt *objiciens axi non objiceret*, & sic fracto curru
Oenomaus (qui aliâs equis velocissimis ex vento ge-
nitis instructus erat) excidit, moriensq; Myrtili ca-
put delevit, obtestans Pelopem, ut vicem suam ulci-
sceretur, quod & factum. Atq; hoc modo Pelops &
puellâ & regno potitus est. De hac Ovidius;

Venit ut in Phrygios Hippodamia sinus.

Virgil. Georg. III.

Hippodameq; humeroq; Pelops insignis oburno.

v.279. SI DEDIT IPSA NECI FRATREM MI-
NOIA VIRGO) Ariadnen intelligit Theseo viam ape-
rientem ad occidendum Minotaurum, quem ejus fra-
trem appellat. Erant enim ambo à Pasiphaë uxore
Regis Minois: quæ cum concubuiisset Tauro: mon-
strum illud genitum est, quod humanis vescens erni-
bus

bus Labyrintho fuit inclusum, cui Athenienses ex
 præscripto legis septem quotannis liberos mittebant
 devorandos. Sed 3. anno Theseus illuc missus Minotaurum
 occidit, ab Ariadne accepto fili glomere, & fugã
 evasit. Confer Ovid. lib. IIX. Met. fab. 4. Hinc
 Virgil. VI. Æn.

*Hic crudelis amor Tauri suppositaq; furto
 Pasiphæ, mistumq; genus, prolesq; biformis
 Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ
 Hic labor, ille domus & inextricabilis error.*

*Magnum Regine sed enim miseratus amorem
 Dædalus, ipse dolos tecti, abagesq; resolvit &c.
 Vide etiam Apollon. lib. III. v. 996.*

v. 288. PRÆMISI, NE FALLE PRECOR!) Re-
 spicit vers. 93 lib. 7.

*Quin agite hæc omnes odiisq; urgete Tyranni
 Imparijsq; caput: quanquam mihi dextera, nec
 spes*

Defuerit mox jussa pati, nec cedere duris.

v. 290. TU SUPPLICE DIGNO DIGNIOR: EST
 ET FAMA MEIS) Variè hic versus legitur: *Dignior
 es; & fama meis jam parva venenis*: sic alii legunt. Es
 tamen ubiq; brevis est: idè cum Carrio ad fidem veteris
 codicis priorem lectionem adstringat, lubenter se-
 quar, & cum illo lego: *Dignior: est & fama meis
 jam parva venenis.*

v. 301. SÆVUS ECHIONIÀ CEU PENTHEA
 BACCHUS IN AULA) Pentheus, Echionis & Agaves
 filius, Bacchum & ejus sacra a dispertatus & honorem
 ipsi debitum denegans, à Baccho desertus & non mul-
 to post, cum ad sacra in montem Citharona se rece-
 pisset à matre, quæ propter filii furorem animum ab

Tunc sequeris, ait, quicquam aut patière pu-
dendum?

Cum tibi tot mortes (id est, mortis via) scelerisq;
brevissima tanti.

Effugia?

Constituit enim potius mortem sibi consciscere, atq;
ita sceleris effugia querere, ne scilicet se adjuvatore au-
reum vellus parenti & Colchis eriperetur. Similis
Oratio Senecæ ep. LI. Ego illam feram? cum in wann
meâ mors sit?

v. 341. HUNC QUOQUE QUI NUNC EST PRI-
MÆVUS (ASONA) Primævus, id est, ὁ ἀκμάλων ἢ ἡλι-
αλις in primo ætatis flore constitutus, sicut grandævus
grandioris ætatis. Noster lib. VI. 570.

----- Nestoris haste

Immoritur primævus Helix

Virg. IX. Æn.

----- vix unus Helenor

Et Lycus elapsi, quorum primævus Helenor

Idem X. Æn.

----- primævo corpore Lausus

Et lib. VII.

----- primævo flore Juventus.

Barthius hic legit & distinguit: Hunc quoq; qui nunc
est crudelis, Iasona nescis. Ut sensus sit: O crudelis
Medes, qui nunc est Iason, illum nescis morte perire
tuâ. Esse enim ponitur pro vivere, sicut non esse, pro
non vivere. Et futurum esse pro nondum natum esse.
Hinc ait Ovidius Epistolâ Herûs.

Ecce merum nutritrix faustos instillat in ignes
Cras erimus plures dixit & ipsa bibit.

Sic etiam Græci usurpant verbum εἶς. Æschylus Cleoph.

Οἱμοὶ μᾶλ' αὐδῆς ἐὰν τύπῃς αἴετος φθίγματος
 Ἀλγῶν ἐκεί' εἶσι.

v. 354. NEC NOTÆ STABAT CONTENTA
 VENENIS) Notæ ponitur pro Agnata scil. Circes,
 cujus genus supra enodavimus; respicitq; acta anteceden-
 dentia, ubi paulò supra Circe putaticia Medeam con-
 silio instruit. Sic notus pro amico ponitur à Virgil,
 Ecl. 1.

--- --- --- *hic inter flumina nota*

Id est chara, ut inquit Servius. Et lib. VII. Æn.

--- --- *Et rotis compellat vocibus ultrâ.*

v. 356. PROMETHEÆ FLOREM DE SAN-
 GUINE FIBRÆ CAUCASËUM) id est in monte Cau-
 caso lectum, in quo Prometheum scelerum suorum
 pœnas luisse tralaticium est. Herbam hanc describit
 Apollonius natam ex sanie Promethei stillante in ter-
 ram, cum ejus jecur aquila in vallibus Caucasii rostro
 laniaret. Illius florem instar cubiti describit, Cori-
 cii coloris, & Croco similem: caulem geminum et
 procerum, radicem carnem resentes incisam videri,
 succum deniq; plantæ nigricantem qualis fagi esse so-
 let: cum effoditur tum audiri gemitum: Verba
 Apollonii lib. III. v. 843.

Ἴδε τίως γλαφυρῆς ἐξείλετο φαρμακίῳ
 Φάρμακον, ὄφρατι φαίει θεομήτειον καλῆσθε
 Τῶ εἶν' ἐνούχοισιν ἄριστον ἄμυν' ἔννεοσι
 Δαίμων μνησθέντων, εἶον δέμας ἰχθυόνοισιν
 Ἦν' ἂν ὄγ' ἔτε ῥητιδὸς εἶσι χαλκῶσιν τυπῆσιν
 Οὐτὶ κεν αἰθροῦν πύρεϊ εἰκάσθαι· ἀλλὰ καὶ ἄλλῃ
 Δαίμων κεν ἡμῶν ὡς κέρτετα πῆλοιτι.

Et quæ sequuntur. Tale ferè commentum est nostræ
 ætatis veterarum de suâ Mandragorâ sive Circeâ (No-
 strata

Arantes vocant Allrühntchen) quam ex urina Suspenso-
rum sub patibulo nasci dicunt, & hominis ferè effigi-
em habere, itemq; clamorem edere cum effoditur,
quem si audias, moriendum tibi esse. Quod forsitan ex
hoc Apollonij figmentum est. Ex hac ergò herba Pro-
metheâ Pharmacum illud erat, quo Iafon adversus
tauros eripedes ac terrigenas usus est. Tale est $\mu\alpha\lambda\upsilon$
Homeri; Aureus ramus Virgilij; $\kappa\epsilon\eta\delta\epsilon\mu\omicron\nu\omicron$ Ulyssis, Per-
phyris Agamemnonis; de quibus vide Cael. Rhodig.
lib. VII. cap. 21. antiq. lect. Allegoricè enim Poeta his
ipsis significant $\epsilon\lambda\upsilon\phi\epsilon\gamma\eta\sigma\iota\varsigma$, qua in adfectibus doman-
dis uti debemus. Hanc herbam plurimum ad diri-
mendas dissipandasq; amicitias posse autumat Pro-
pert. lib. I.

Invidia fumus, num me Deus obruit? an qua

LECTA Promothèis dividit herba jugis?

Plutarchus junior $\omega\epsilon\delta\epsilon\ \pi\omicron\tau\alpha\mu\alpha\omicron\nu\omicron$ novam ei facultatem
adignat: $\gamma\eta\nu\alpha\tau\alpha\iota\ \delta\epsilon\ \epsilon\nu\ \tau\omega\ \kappa\alpha\upsilon\kappa\alpha\sigma\iota\omega\ \delta\omicron\rho\iota\ \beta\omicron\tau\alpha\tau\eta\ \omega\epsilon\mu\eta\text{-}$
 $\delta\epsilon\theta\epsilon\ \kappa\alpha\lambda\upsilon\delta\eta\eta\ \eta\ \mu\eta\delta\epsilon\iota\alpha\ \sigma\upsilon\delta\alpha\gamma\upsilon\sigma\alpha\ \eta\eta\ \lambda\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\iota\beta\omicron\upsilon\tau\alpha\ \omega\epsilon\delta\epsilon$
 $\alpha\iota\nu\pi\upsilon\delta\epsilon\iota\upsilon\varsigma\ \epsilon\ \pi\alpha\tau\epsilon\rho\varsigma\ \epsilon\gamma\chi\eta\sigma\iota\tau\omicron$. De Moly Homeri quod
dixi, herbam illam ejusdem intentionis apud Poetas
esse cum Prometheâ Nostri, Achæmenides lib. XIV.
Mer. docebit. Ille enim sic introducitur:

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,

Moly vocant superi; nigrâ radice tenetur

Tutus eo monitusq; simul caelestibus intrat,

Ille domum Circes.

Tradunt enim illam adversus veneficia prodesse; unde
& Ulyssi à Mercurio tradita fuit. Homericus Ulysses
in Odyssæa:

$\omega\epsilon\ \acute{\alpha}\gamma\epsilon\upsilon\ \Phi\alpha\iota\eta\sigma\iota\varsigma\ \pi\omicron\rho\epsilon\ \Phi\acute{\alpha}\rho\mu\alpha\kappa\omicron\iota\ \delta\epsilon\gamma\mu\phi\epsilon\gamma\eta\sigma\iota\varsigma$
 $\epsilon\eta\ \gamma\alpha\iota\eta\varsigma\ \epsilon\rho\upsilon\sigma\omega\varsigma\ \eta\eta\ \mu\epsilon\iota\ \phi\upsilon\sigma\iota\eta\ \alpha\nu\delta\ \epsilon\delta\epsilon\iota\epsilon\eta\eta$
 $\mu\acute{\iota}\xi\eta\ \mu\epsilon\eta\ \mu\epsilon\lambda\alpha\upsilon\ \epsilon\omicron\omega\varsigma\ \gamma\acute{\alpha}\lambda\alpha\kappa\pi\eta\ \eta\ \epsilon\acute{\iota}\kappa\epsilon\lambda\omicron\nu\ \kappa\omicron\delta\delta\theta\epsilon\upsilon$
 $\mu\acute{\alpha}\lambda\upsilon\ \delta\acute{\alpha}\ \mu\epsilon\eta\ \kappa\alpha\lambda\epsilon\iota\sigma\iota\ \gamma\epsilon\alpha\iota\ \chi\alpha\lambda\epsilon\pi\omicron\upsilon\ \delta\epsilon\iota\ \delta\acute{\iota}\kappa\tau\omicron\upsilon\sigma\iota\eta$

H b 5

ἀνδραγαθία

ἀδραστὶ καὶ διητοῖσι: ἦτοι δὲ καὶ πῶς δύνανται
 Ego huiusmodi fabulis Poetas se inebriare libenter
 patior.

v. 364. STYGIIS DURATAM FONTIUS HAR-
 PEN) Harpennis est in summitate falcatus, quo Mer-
 curius usus fertur in occidendo Argo illo. centoculo.
 Et Perseus in amputando Medusæ capite. Ovid. V. Met.
*Vertit in hunc harpen madefactam caede Me-
 duse.*

Lucan lib. IX.

Et subitus praptes Cyllenida sistulit harpen.

v. 370. CUNCTÆQUE TREMUNT SUB FALCÆ
 CATENÆ) respicit vincula Promothei, quibus ille
 Caucese alligatus erat, de quibus in antecedentibus
 libris dixi.

v. 379. QUALIS ADHUC TENEROS SUPRE-
 MUM PALLIDA FORTUS) Simile à pullis æquilinis,
 qui mox tenera ætate educi solent à parentibus, ut So-
 lis spicula experiantur. Ille enim qui ætheris & Pho-
 bæ lampadis radios sustinere potest, legitimus habe-
 tur hæres & vera proles. Qui contrâ, nido excludi-
 tur.

v. 381. HORRETEQUE DOMOS MEDEA SU-
 LENTES) Inferos Poëta intelligit, apud quos altum
 silentium est. Possit etiam accipere pro domibus patriæ
 Ætææ silentibus, quia noctu hæc à Medea gerebantur.

v. 389. ET IAM IAM MAGICO PER OPACA
 SILENTIA, COLCHIS CÆPERAT IRE SONO) Mur-
 mur veneficium intelligit. Murmurantes enim incau-
 tationes suas peragebant. Aristænetus lib. II. Τότις
 ἀμφότεροι: Φαινικίσαντες τὸν νότον ἀπὸ τῶν ἡ
 σὺ φρεῖν ἢ τῶν ὀδῶν ἀποκρινάμενοι τῶν ἀείρων τὸ χῆμα
 καὶ δαιμόνων ἀποσηθελίς συνείρων, πλοισματῶδες τι πινεῖ
 ἀποφθεγγόμενοι ἐπιπλοῖσας, καὶ ψιθυρίζαν ἀπατηλῶν γῶ-
 νων ἀμύμων λόγους φεραδόντες. Ovid. Met. lib. VII.

Vmbra

*Umbrarumq; rogat raptâ cum conjugere regem,
Ne properent artus animâ fraudare senili:
Quos ubi placavit precibusq; & murmure loto,
Æsonis efforri &c.*

Apulejus Miles 1. Non fuit in illâ civitate, quod adspiciens id esse crederem quod esset, sed omnia prorsus ferâ murmure in aliam effigiem translata. Quintil. Declam.

X. Magum protinus nesciâ matre, cuius horrido murmure, imperiosisq; verbis dii superi manesq; torquentur, advocat. Ennapius in Maximo: τὸ τοῦ θεοῦ κρητὸν καὶ κατὰ θεὸν δέντων ἡμῶν ἀπέντων, χόνδεον καὶ ταπεινὰς ἀλοαυτῆ, καὶ εὐσεβεῖς ἐαυτὸν ἐνταυθὶ δῆποτο ὑμῶν παρρησίαν. Prudentius:

*Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atq; sepulchrales scitâ iucant ar e favillis,
Vitâ itidem spoliare alios ars noxia novit.*

v. 395. DIVÆQUE TRIFORMIS IN UMBRAM)
Hecates scilicet; quam triformem hîc vocat; lib. I.
Tergeminam heram v. 781.

*Tergeminam tum placat heram, Stygia: q; sua
prema
Obsecat igne domos:*

Germanicus: Diana Luna dicta est quasi Diana, eâ quod die ac nocte apparet ipsa, & Luna, eâ quod luceat, & Trivia, eâ quod tribus fungatur figuris. Cassiodorus Var. lib. V. Epist. XLII. Primum sibi per lucos & sylvas agræsum populerum nota. & venationibus dedita, hanc triplicem Deam falsâ imaginatione sinxerunt: ipsam in celo Lunam ipsam, in sylvis Dianam, ipsam apud inferos Proserpinam esse adfirmantes. Ovidius Fastor lib. I.

*Ora vides Hecates in tres vergentia partes
Servet ut in ternas compita secta vias.*

V. 398. SE PROFUGAM VOLUCRIS THAUMANTIAS ALIS) Thaumantias Iris vocatur, ut potest Thaumantis & Electra filia, nuncia Deorum, precipue Junonis, cum Mercurius reliquorum. Caterum & ex admiratione hoc nomen accepisse dici possit, quae de ejus coloribus nascitur. Θάυμα enim miraculum significat.

V. 404. INCIDERANT AMBO ATTONITE JUXTAGĒ; SUBIBANT) Expressit Apollonium lib. III. v. 947.

Οὐδ' ἄρα μηδὲν θυμὸς ἀπάπτ' ἀλλὰ νοῦσ' αὖ,
 Μελετῶντες ἅψ' οὐκ ἄν' ἴδμεν πᾶσιν θεοῖσιν, ἢ πν' ἀφ' ἑστέ,
 Μολπήν ἂν ἐπιδηρὸν εἰρήδανεν ἐφ' ἰαχῆ.
 Ἀλλὰ μετακλήμ'· εἰ ἀμήχαν'· οὐδέ ποτ' ἔοσε
 Ἀμφιπόλων μεδ' ὄμιλον ἔχ' ἀσέμας, ἐς ἣ' καλὸν εἶπε
 Τηλόσε πικρῶν τε, πικρὰ κλύουσι παρειαί.
 Ἢ φασὶ δὴ ζητῶν ἕα γη κείω, σὸ ποτε δῆπον
 Ἢ πόδες, ἢ ἀνεμοὶ παρὰ θρησκῶν δούσων.
 Αὐτὰρ ὄν' ἔμεταδηρὸν ἐλδομένη Φαώην
 Ὑψὸς ἀναδρασκῶν, ἄτε σείετο ἀκρυοῖο. εἶπε.

V. 406. ERGO UT ERAT VULTU DE NIΧΗΣ ΠΤΕΡῆ; SILENTI) Iterum ex Apollonio est v. 966.

Τὰ δ' ἄνευ καὶ ἀνευδοῖ ἐφίεσαν ἀπῆλοισιν.
 Confer totum locum, non te penitebit operæ.

V. 416. HAUT TALES DECET INCLEMENTIA VULTUS) Clementia cum alios omnes homines maxime deceat, tum haut scio an quenquam magis ornet, quam Generosas & Illustres personas. Hac vera est nobilitas quæ Cæsarem Deorum numero adscripsit, quæ Augustum consecravit, quæ Pio cognomen dedit. M. Antoninus cognomento Philosophus nihil quæquam esse dicebat, quod Imperatorem Romanum magis commendaret, quam Clementia, eaq; de causâ neq; quidem in rebelles suos favitum voluit. Hac eadem de causâ Seneca Romanus timore

so liberatus quem ex Maximini Imperatoris immanitate contraxerat, Clementiss. Imperatoribus Maximo Balbino & Gordiano statuas cum Elephantis decrevit. Elephas enim mansuetissimæ animal naturæ est, ut Cicero non immeritò scripserit Epist. ad Marium: *Hujusmodi belua esse quandam cum genere humano societatem.* Confer totum librum Senecæ ad Neronem de Clementiâ.

v. 417. HÆC EXSPECTATA LABORUM DONA
DARI DECVIT) Respicit superiorem librum V. v. 540. Promiserat enim Aetes aureum vellus, si Jason Persen devicisset.

v. 418. SIC TE SUE TESTE REMITTI) Ordo verborum hic est; Sic sub te teste remittet. Ludis autem amphibeliâ vocis Testis: qualem etiam ni fallor observavi. v. 513.

v. 419. JUSTAS DA VOCIBUS AURES) hæc ob meliorem sensum ita distinguitur:

----- *justas da vocibus aures,*
Nec pater ille tuus: tantis me opp. monstris
Quid meritum? aut tales valuit me pendere
pœnas?

Ponitur autem *Nec* pro *Non*, ut sensus sit: Tu virgo da justas aures, non pater ille tuus, qui renuit. Particulam enim *Nec* non semper duplicem vim habere, ut copulet simul & neget, ut in *Et* non resolvi possit, testis est Festus in *Nec*: *Nec conjunctionem Grammatici ferè dicunt esse disjunctivam, ut: Nec legit, Nec scribit.* Cum si diligentius inspiciamur, ut fecit Sinius Capius, intelligi possit eam positam esse ab antiquis pro *Non*. ut *Et* in duodecimo est: *AST EI CULTOS NEC ESIT.* Item: *SI ADORAT FVRTO, QVOD NEC MANIFESTVM ERIT.* Et apud Plaut. in *Phasmatæ*: *Nec rectè si illi dixeris.* Et apud Turpilium in *Demetr.* *Nec rectè mihi quod dici jam audum audio.* Sic Virg. in *Mor.*

Nunc

*Nunc victi tristes (quoniam fors omnia versat)
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hados.*

v. 428. IDQUE SEDET QUAM NON QUECUNQ;
SUBIRE) Subintelligitur post *Sedet*, vocula *magis*.
Nam mos est scriptorum non vulgare eam particu-
lulam omittere. Certè tale quid saepe in Horatio est
deprehendere. Confer Barthiam altero in Eutro-
pium Claudiani.

v. 433. NEE QUIBUS INCIPIAM DEMENS)
Eadem de Medea Apollonius v. 1007. lib. III.

Ὡς φέρο κολάειν ἢ δ' ἐγκλιθεὶς ὄσσε βαλῶσα
Νευτέρων μείδησ' ἐχέτη δὲ οἱ ἐνδοσι θυμῶς,
Ἄλω ἀεργεμένης, καὶ ἀνέδρακτον ὁμιώσιν ἄντ' ἑα.
Οὐδ' ἔχεν, ὅτι πάροισιν ἐπ' ἔπει μνησάντο,
Ἄμ' ἀμυδὸς ἀγρίων ἐσθλῆν πάντ' ἀγορεύου.

v. 444. TITANIA JAMQUE GRAMINA) Ites-
tum ex Apollonio est v. 1012.

Παροῖσι δ' ἀφειδήσασσι θυμῶσι ἔπει μίσησ
φάρμακον.

v. 461. INDE UBI FACTA NOCENS) Qui se-
mel verecundiae fines transgressus est, cum oportet
gnaviter esse impudentem. Veteris Comici dicteri-
um est. Ita Noster Medeam dicit ubi semel facta fue-
rat nocens, nunquam revocabilem fuisse. Ita can-
dem Ovidius introducit lib. VII. Met. fab. 1.

--- *Trahit inviam nova vis, aliudq; Cupido
Mens aliud suadet: uldeo meliora, proboq;
Deteriora sequor.*

v. 464. SEPTENO MURMURE FERTUR PEN
CLYPEUM) Clypeos olim septem pellem bubula-
rum orbibus confectos esse, superius docui. Hinc
Medea dicitur septeno murmure per clypeum Jasonis
ferri, quod unamquemq; pellem peculiariter adflavē-
rit. Ovidius de Clypeo Ajaçis q

Sargit ad hos chypei dominus septēplcis Ajax.

V. 497. RESPICE AD HAS VOCES ET JAM

PRECOR ADNŪE CONIUX) Sponsalia veterum juramento firmari solebant, unde Jason Medeam verbis suis attendere jubet. Non enim nudè promittere vult conjugium, cui minus fidei adhibuisset Medea. Ejusmodi Sponsalium Exempla non in sacris solum, sed & profanis passim extant. In Historia Ruthæ cap. IV. *Quod si ille te ducere nolit, qui genere proximus est, ego te ducam viri Dominus.* Ita apud Homer, Juno Iliad. XIV. promittit Iomno se illi unam juniorum Charitum uxorem daturam nuptui. *Age, inquit, iura per Stigiam flumen, alterâ manu tellurem tenens, altera marè tenens, ut nobis testes sint omnes Dii, inferi, subterranei orbis Saturno assidentes, te daturam unam juniorum Charitum, Pasitheam scilicet, Juno in illius verba jurat, in testimonium vocatis omnibus Diis inferis.* Ita apud Ovidium queritur quædam, quod deceptus sit ab eo qui juratus fidem dederat:

Jura, fides ubi nunc promissaq; dextera dextræ

Quis erat in falso plurimus ore Deus?

Et paulo post:

Per mare quod totum ventis agitatis & undis,

Per quod sepe ieras, per quod irurus eras;

Per quod tuum mihi jurasti (nisi factus & ille est)

Concita qui ventis æquora mulcet, avum.

Ejus generis sunt illæ promissiones apud Terentium, qui sine illa jurabat nullum se victurum diem. Ita Cajus Caligula amissâ uxore Lucia in patru Egniam Nœmiam uxorem cohortium præfecti ad stuprum sollicitavit, addita promissione de matrimonio, si positus imperio fuisset, deq; ea re & chirographo & jurando cavit. Svetonius in Caligula. Atq; eorum Sponsaliorum ea erat firmitas, ut conjugium consum-

mare

mare jurantes cogerentur, nec sibi invicem repudiū
mittere possent. Idq; ex Valerii Nostri lib. IIX. v. 420.
& 422. colligitur. Unde Jason ipse introducitur lib.
eodem.

*Quanquam jura Deūm sacri sibi conscia pactis
Religio, dulcisq; movens primordia tædæ.*

Elegans facili species apud Ovidium extat de Acontio
& Cydippe, quam cum Acontius amaret & sibi uxore
cuparet hanc technam commentus est, Pome
pulcherrimo duos hosce versus inscripsit:

Iuro, tibi sanè per mystica sacra Diane

Me tibi venturam comitem, sponsūmq; futurā.

Pomum illud abjecit ante pedes puellæ in æde Dianæ.
Puella hujus fraudis ignara imprudens hos versus reci-
tavit, & putavit se illa lectione, jurasse Acontio con-
jugium. Pater autem ignarus rei Cydippen alii de-
spondit: unde illa in morbum incidit. Acontius pu-
ellæ persuasit morbum illi à Dianâ immissum, quod
fidem datam non servaret, quodq; perjura esset, ut ex
Epistola Ovidii, cui titulus est Acontius Cydippe, vide-
re est. Et si autem perjura dici non possit Cydippe,
quæ nihil jurata promisit, sed saltem verba illa legit, us
ex hoc versu colligitur:

Non ego juravi, legi jurantia verba.

Non tamen obscure inde colligitur quæ fuerit vete-
rum in Sponsalibus Religio, quæ juratus quis promi-
sisset, perjuri scilicet reum esse, qui fidem datam non
servasset. Atq; eò spectant hi versus.

*Hæc, mihi se pepigit, pater hanc tibi primus
ab illa*

*Sed propior certè quam pater ipsa sibi est.
Promisit pater hæc, hæc adjuravit amanti
Ille homines, hæc est, testificata Deum.*

His

*Hic metuit mendax, sed & hæc perjura vocari
Num dubitas hic sic major, an ille metus?*

V. 499. PERQUE HÆC ERGŌ TUO REDEUNTIA
SIDERA NUTU) Magicis artibus sidera obtemperare
credebant. Hinc illud Virgil. Pharm.

Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam

Ovid. Metam. lib. VII.

*Te quoq; Luna trahō, quāvis Temesæa labores
Aera tuos minuunt.*

Tibullus lib. I. Eleg. IIX.

*--- --- è curru Lunam deducere tentat,
Et faceret si non ara repulsa sonent.*

Cæterum Juramentum & promissa hæc Jasonis repē-
ries etiam apud Apollonium lib. III. v. 1076.

Ὡς φάτο· τὸν δὲ καὶ αὐτὸν ὑπὲρ δάκρυσι κέρη
οὐλοῦ· ἔρω· τοῖον δὲ παρεβλήδω ἐπὶ ἠὲ ἠὲ
καὶ λίλω ἔ νύκτας δίομαι ἔ δὲ περ' ἡμᾶρ
δα ἐπιλήσειδ' ὡς φουγὸν μέγρον. ἔτε.

V. 550. PARTI GRAJUM DA NATA DRACONEM) Minyas per contemptum vocat Aetes, Partem
Grajum. Draconem autem vocat anguem, qui The-
saurum custodiebat: quales olim ad Divitiarum custo-
diam adhibebant. Festus: Dracones dicti ὅτι τὸ θεῖον
καὶ ἐν quod est videre: clarissimam enim habere dicuntur
oculorum aciem; quia ex causa incubantes eos Theauri cu-
stodia causa sinxerunt. Philostratus Senior εἰκων lib. 2.
Τὸν δὲ περιπλεν κελωνὸν τῆτοι οἰκεῖ θεῖων κλέτε τιὸς φύ-
λαξ ὅς ἐπὶ τῆ γῆ κείταμ. τῆτο ἤ λήγεται τὸ θηλείον δόνειτῆ
εἶ) τῶ χροσῶ, καὶ ὅτι ἴδη χροσῶν, ἀγαπᾶν καὶ γάλλπειν. τό-
πι κώδιοι τὸ ἐν Κόλχοις, καὶ τὰ τῶν ἐστέριδων μῆλα, ἐπειδὴ
χροσῶ ἐφείνετο, διτῶ ἀὐπὶρ ζυεῖχον θεῖοντες, καὶ ἰαυτῶν
ἐπιεῦντο. Hinc communem vulgi opinionem fluxisse
arbitror, qui ex improvise & plus justo ditescentes
Ii habere

habere dicit den Drachen quo nihil aliud significare
voluit quam Dæmonem auxiliarem Aliis in locis deis
Roboldt. Vide Macrob. Saturn. lib. I c. 20 Noſter lib.
VII. 166.

*Illum etiam toris afflantem noctibus anguem
Qui nemus omne ſuum quiq; aurea (reſpice
porro)*

Vellera tor ſperis circum tot ductibus implet.

v. 554. PARS & ECHIONII SUBEUNT IMMATA
DENTIS) Echionij vocantur dentes, ab Echione
qui unus fuit illorum, quorum opera Cadmus Thebas
condidit, de quo Ovid III. Met. Hinc Thebani ipſi à
Poetis Echonidæ & Echionij appellantur.

v. 560. UT EXTREMIS DESERTUS AB ORBITUS
AXIS) Polum Arcticum, præcipue urſas ibidem
conſtitutas intelligit, quæ ab omnibus orbibus remotæ
ſunt, quæq; à veteribus ad uſum nauticum cum primis
obſervabantur. Quæ ad Riphæas arces exſtare, dicuntur,
cùm montes in ſcythia exſtantes quoſq; Riphæos
appellant, attigerunt. Hinc Riphæa nix id eſt A-
quilonaris, Scythica, inque montibus illis nata.
Claudian.

*Non Rheni glacies non me Riphæa tenebant
Frigora.*

v. 564. LONGISSIMA PHASIDIS UNDA)
longiſſima ponitur pro longinqua. Longa enim &
longinqua non raro ſunt eadem, ut in illo Tibulli. 1.

*Veneris perjuria venti
Irrita per terras & freta longa ſeruat.*

v. 566. ET ARDENTES STABULA EFFUDE-
RE TENEBRAS) Occurſum Taurorum deſcribit, in
quo veſtigia Apollonii ſequi videtur. Ille enim v. 1287.
lib. III.

et d' en πορευ ἀφεστειν

Kd. 93

Καὶ θρῶν ἄχρονις, ἵνα τι σφίσιν ἴσκει βόαυλα.

Καρτερά λιγυρόεντι πείλξ εἰλυμένα καπνῶ.

Ἀμφὶ ὁμῶς ὡρῶντο πυρὸς σίλας ἀμπνεύοντες.

Quod autem eosdem fulmini comparat v. 567. iterum
ex Apollonio desumisse videtur. v. 1302.

τὸν δ' ἀμφίπεδόν αἰθρῶν

Βάλλεν ἄτε στρογγύη

v. 582. EADEMQUE RECEDUNT FACTA RE-
TRO) lego *Acta* pro *Facta*, quod illud magis videam
sensui Auctoris conveniens. Quomodo etiam v. 561
Ubi (*Quem jam lassa dies*) erat: libentius legerim
Quem jam lapsa dies. Quod itidem ad meliorem versus
intellectum facit. Sic infra v. 592. pro descendere
malim *discedere*. Non enim Taurus descendebat cor-
nu, sed Iason.

v. 589. ATQUE IPSAM TUNC TE MEDEA RE-
CUDANS) Efficiens ponitur pro Effecto. Medea pro
venenis ab ipsa profectis.

v. 595. COGITQUE TREMENTES SUB JUGA
AETHENA TOROS) Imposuit Iason devictis tauris Ju-
gum ut atrato postea jungeret: Apoll. v. 1312. lib. III.

οἱ δ' ἄρα τεταῶς

Ἰωδάειδαι (ὅν ἔσφι πύλας ὡρῶν ἀποδύειν ἦν)

Ἀρχιμολον ζογῶ οἱ πιδόθεν δόσαν ἀμφιβαλῶς

Ἀντὴρ δ' εὖ σνέδισε λέφους, μεσσηγὼ δ' ἄειρας

χάλκεον ἰσοβοῆα, ἴση σιωέρεος κορῶν

ζεύκλῆθεν.

v. 597. EX ARMAT LENTUMQUE OFFERT)
Exarmat idem valet, quod cicurat, quod sequens phra-
sis satis arguit. Dictum autem *exarmare*, quia un-
gues in feris sunt *arma*: ut dentes in apris. Stat. Pap.
lib. IX.

Arma γὰρ κυρὰ suum, ἔ' vacuorum terga Leonῶν.

Unde eleganter ancubi Venatores dentes aprinos voc-
cant *defensacula*. Idem Stat. lib. XI. *Exarmata*

senio Leonem dixit, qui per senium nocere non potest. Item in vitis Imperatorum Exarmati Leones sunt, quibus dentes & unguis vulsi, ne noceant. Pro Exarmare Manilius lib. IV. *exunglare* ponit:

*At quibus in bifero Centauri corpore fors est
Nascendi concessa, libet subiungere currus
Ardentes & equos ad mollia ducere frena,
Et totis armenta sequi pascentia campis
Quadrupedum omne genus positis domitare
Magistris*

*Exunglare tygres, rabiemq; auferre Leoni
Cumq; Elephante loqui, tantamq; aptare lo-
quendo*

Artibus humanis varia ad spectacula molem.

Alii tamen (quod dissimulare non possum) legunt *exorare* pro *Exunglare*, quod propius etiam ad hoc Flacci accedit. Ita recte junguntur *Exorare* & *rabiem auferre*, iudicio Scaligeri. Qui enim *exarmat* Leonem, non propterea *rabiem* Leoni, sed *rabiei* Leonis facultatem nocendi aufert. Fortasse *tralaticie* dicere voluit *Exunglare* pro *cicurare* & feritatem exueri. Contra Stat. Theb. VI.

--- *& extremos auro mansueverat unguis*
Silius lib. I.

Harcalo non pavidus factas mulcere Leenas.

v. 606. ET IN SUMMA LAPITHES APPARUIT
OSSA) Lapithæ populi fuerunt Thesaliæ, Pindum & Othrym montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes. Ossa autem mons est in finibus Thesaliæ, Centaurorum stabulum, quem Cicero dicit Olympo olim conjunctum fuisse. Illi, Lapithæ nempe,
primi

In LX
rimi omnium
venisse. Virg
Frans Peltes
Et lib. II. Geor
Et magn
In hoc, monte
tur, ut inflexio
ferantur, Hinc
Atollit Te
v. 611. Et
lib. 10) arcus in
Tela volant
Cena autem vo
Alloquin rapti in
Græcorum glossas
Actus:
Enproca tem
Tela,
Tela etiam per Co
sed tunc quod ob
crines, Græc
v. 613. Cui
ALLADOS De
ad duodecim
libris & capit
ena palude op
spexisse ad Pall
ebos labore vi
met. II.
Ossium lib. IX

primi omnium frenos & strata equorum creduntur
invenisse. Virg. Ill. Georg.

Frana Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedere.

Et lib. II. Georg.

Et magno Hyleum Lapithis cratera minantē.

In hoc, monte nempe Ossa tanta pinorum copia fertur, ut inflexione & reflexione ramorum tonitrua referantur, Hinc Luc. lib. VI.

Attollit Titan, rupes Ossa coërcet.

v. 611. ET EX OMNI SONUERUNT CORNUA
SULCO) arcus intelligit, quod ex seq. v. 631. liquet.

— — — — — *jamq; omnia contra*

Tela volant

Cornua autem vocat, quia ea olim arcuum materies.

Alioquin *κίρις ἢ πυλαγοὶ καὶ τὴν τριχασίαν ἐνάλην* juxta
Græcorum glossas: Ea; apud veteres ex fetis equinis.

Accius:

Reciproca tendens nervo equino concita

Tela.

Possis etiam per sonum cornuum intelligere genus
illud tubæ quod obtortum vocant: à quo dicuntur
Cornicines, Græcè *βυκανισαί*. Sed prius equidem ma-
linus.

v. 623, CUM TIRYNTHIUS HYDRE AGMINA,
PALLADIOS DEFESSUS RESPICIT IGNES) Respi-
cit ad duodecimum Herculis laborem, quo hydram
colubris & capitibus pullulantem face & ferro in
Lerna palude oppressit, quo in labore à Nostro dicitur
respexisse ad Palladis auxilium Palladium q; agida.
De hoc labore vide cum primis Iustin. Martyr, Pa-
rænet. II.

— — — — — *πολύκενος ἄκλεσεν ἰδρῶν*

Ovidium lib. IX, Met. fab. 3.

nec profuit hydræ

Crescere per damnum, geminasque resumere vires.
 Boethium lib. IV. Met. 7. Lucret. lib. V. Claudian. in
 Rufin. lib. I. v. 200. Senec. Herc. Fur. v. 45. & 241. &
 329. Medea 701. Agam. 835. Herc. Oct. v. 19. & 1149.
 Coint. Smyrn. lib. VI. v. 212.

v. 635. **QUALIS UBI ATTONITOS MÆSTÆ
 PHRYGAS ANNUA MATRIS** Phrygia tota sacra fuit
 Rhæx; quod superius docui ex Scholaste Apollon. lib.
 I. ad vers. 935. *ὀπίμνοια δὲ τῆς Φρυγίας ἰσσοῦ τῆς Πέας*. Ea
 alio nomine Cybele dicta est, fuitque uxor Saturni, Cœ-
 li & Terræ filia, dictaque ita, quod homines in furorem
 ingeret, ut Festus ait; quippe Græci *κρυβίζων* in caput
 saltare dicunt; qua voce etiam utitur Homerus Iliad.
 XVI. *Sacerdotum Ejus proprium erat caput rotare*. Dicta
 quoque fuit *Ops* & *Terra*. quod sit Dea telluris, quæ &
Vesta dicitur. Item *Berecynthia* à monte Phrygiæ, qui
Βερέκυντος appellatur: Et *Pales*, quod sit pabulorum
 Dea. *Mæstam* autem Noster vocat ab effectu, quem
 in Sacerdotibus excitat: Et peculiari nomine *Matris*
 gaudebat, quia Terra omnia gignit, quo & Rhæx no-
 men alludit, quod Terra *πέας* vel affluens est omnium
 rerum, Inde *Mater* etiam *Alma* dicta fuit ab alendo.
 Et *Mater Phrygia* à monte Phrygiæ, quem plurali nu-
 mero *Dindyma* vocant, in quo sacra per *Corybantæ*
 instituit, à quo & *Dindymæ* appellata est.

v. 636. **ET EXECTOS LACERAT COMATOS**
 Iego *Comanos* ex Strabone lib. XI. *Comani* enim sunt
 populi in convallibus *Anitauri* montis, quorum civi-
 tas dicitur *Comana*, orum; insigni Bellonæ fano cele-
 bris, *Comani*que ipsi sacri Bellonæ servi appellati, quo-
 rum Strabo suâ ætate supra sex millia fuisse tradit, quæ
 omnes Sacerdotis imperio parebant, & statis quibus-
 dam Bellonæ festis sese mutuis laniabant vulneribus.
 Atque hoc est quod *Valerius* illos *exsectos* vocat.

v. 644. PROTINUS IN FLUVIUM FUMANTI-
 BUS EVOLAT ARMIS) Lavat se Jason in flumine, ut
 sudorem & pulverem palastricum abstergat, fessasq;
 corporis vires recolligat: quod Apollon. significat.
 v. 1346.

οδ' ἐν ποταμοῖο ῥοάν
 Αὐτῆ ἀφυσάμενος κωκὴ σβέσει ὕδατι δίψῃ
 Γνάμψ δὲ γένοιτ' ἑλαφροῖ, μέγαν δ' ἐμπλήσειτο θυμὸς
 Αλκῆς μαίμων' οὐδ' ἔικελο, ὅς ῥά τ' ὀδόντες
 Θόρυθρον ἤρπυγῃσι ἐπ' ἀνδράσι.

FINIS LIB. VII.

ἦ δὲ δέξασθαι

